Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-306720-p0001-5

Sßb

E libris
**gymnasio Mauritiano Magdeburgensi**
a venerabili
**Carolo Funk**
**theol. doctore et gymnasii directore**
**a. 1857 hereditate relictis.**

G. f. 171.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-306720-p0002-0

# PRAECOCEM ATQUE INOPINATAM MORTEM

*optimae indolis atque ſpei*

ADOLESCENTIS

# JO. GEORGII RISII,

Halberſtadienſis,

nocte in VI. Id. April. prona A. O. R. CIƆIƆCCXL.

a DEO

ad caeleſtem academiam evecti,

cum decimum ſeptimum nondum impleſſet annum,

*partim amore in beate defunctum ducti, partim in optimorum parentum ſolamen,*

acerbe lugent,

quos in Stephaneo nactus erat,

PRAECEPTORES.

HALBERTADII, Typis FRIDERICIANIS.

Dal zu 15 an 78 L 1785

*Quem Deus diligit, adoleſcens moritur.*

*Plautus.*

HEu fugis! Heu nimium properas! Suaviſſime Riſi,
Attonitos omnes nos & mortalia linquis,
Caeleſtem in patriam contendens ſidera ſupra.
Ah, triſtis noſtras tranſivit fama per aures!
Scilicet in pleno decedis flore juventae.

Heu gemitus merito quaſſant praecordia noſtra,
Verbaque ſingultus frangunt anhela moleſti!
Lugent tirones, praeceptoresque, parentes,
Queis aderas decus, exemplum, laus, atque voluptas.
Heus! revocant libri dulces, quos ſedulus usque
Verſabas avidiſſimus en! noctesque diesque.
Fit labor alta quies, ſudorque remiſſio dulcis.
Sic potuere tuae ridentia tempora verna
Aetatis minime mortem tardare rapacem.
Sed quid ploramus te terque quaterque beatum?
Nam pietas victrix morti ſuccumbere neſcit,
Sed pietas victrix certo capit alma brabea.
Fronde triumphali Chriſtus tua tempora cingit.
Sit tua mors noſtris ergo infigenda medullis,
Quo fragiles etiam exſpectemus funeris horam:
Immunem mortis nullum cum viderit aetas.
Quid robur validum, quid forma venuſta decorque?
Acre quid ingenium, quid mens, quid denique vita?
Umbra, furor, ſpeculum mendax, flos, ſomnia vana.
Nos animo noſtro temet ſuper alta ſequemur.
Expergiſcimini, o noſtri, ac evadite cauti!

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-306720-p0005-7

Divitiasque parate bonas in tempore meſſis.
Discite juſtitiam moniti, nec temnite mortem.
Quos abitus triſtis crudeli vulnere laeſit,
Adhibeat Deus his praeſens fomenta dolorum.
Semper, quod jubet ipſa Dei ſapientia, fas eſt:
Hoc quamquam nobis durum perſaepe videtur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-306720-p0006-3

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
evtl. nicht vergeben!

ULB Halle 3
002 108 178

Sb.

VD17

R 410

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-306720-p0007-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-306720-p0008-4

# PRAECOCEM ATQUE INOPINATAM

MORTEM

*optimae indolis atque ſpei*

ADOLESCENTIS

# JO. GEORGII RISII,

Halberſtadienſis,

nocte in VI. Id. April. prona A. O. R. CIƆ IƆ CCXL.

a DEO

ad caeleſtem academiam evecti,

cum decimum ſeptimum nondum impleſſet annum,

*partim amore in beate defunctum ducti, partim in optimorum parentum ſolamen,*

acerbe lugent,

quos in Stephaneo nactus erat,

PRAECEPTORES.

HALBERTADII, Typis FRIDERICIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-306720-p0009-3